

P V I S



1 6 0 3

LXXII

IN HONOREM NV-
PTIARVM CLARISSIMI
ET DOCTISSIMI VIRI, DN. BAL-
THASARIS KISVVETTERI, SER-
vestani, I. V. Licentiati;

ET

HONESTISSIMÆ PIÆQVE
VIRGINIS, SIBYLLÆ, ORNATISSIMI ET
prudentissimi Viri, Iohannis Sommeri, illustrissimorum Principum
Anbaltinorum, &c. Quaestoris prouincialis, & Con-
in urbe Cothena primarij,
FILIAE,

Gratulatio Scripta

A

IOHANNE MAIORE D.
Cui accesserunt alia.



SERVESTÆ
Excudebat Bonaventura Faber.

ANNO M D. XCVI.

71

W.

85



IN HONORVM
PTIARVM CLARISSIMI
ET DOCTISSIMI VIRI D. N. BAI.

HONESTISSIMAE PIAEQUE



SEBESTE
Hendel'sche Buchhandlung
Faber

ANNO M. D. XCVI.



EPITHALAMION.



Væue, vel unde ineat series mihi carminis huius,
Dum celebri pompam voce coëgit Amor?
Vnde? nisi à casto fictore & præside mundi,
Qui primus focij sanxit amoris opus.

Quos igitur cœtus pia causa coëgit: ad illos
Cum Patre, cum Nato Spiritus alme veni.

Quæ diuisa prius flagrabant pectora curis:
Nunc Deus, & lato iungit amore dies.

Vult Deus esse sibi similem, quam fecit imago:
Et mens casta, homines vult quoq; casta sequi.

Cùmq; iugalis amor sit primo inductus in horto:
Certum est, quod sit res casta iugalis amor.

Ex hominum genere, haud alio, sua regna propagat;
Nam cupit agnosci mente, fideq; coli.

VT ratio augendæ prolis tamen ordinis esset:
Ordo duos unum mentibus esse facit.

Sic sobolem educant: sic casta medela fit igni;
Aut ignes alios igne perenne premat.

O facer, & nulla status unquam lege vetandus:
Nam facer est, cùm sit lege reuinctus amor.

Quod Deus instituit, non est evertere tutum;
Regnat: & obnixos in sua jura, terit.

TV legum in studio ponis quia BALTHASAR æuum:
Scis, nullo Papam iure vetare thorum.

Hanc quia notitiam sequitur tua recta voluntas:
Laude voluntatem prosequor ipse tuam.

Iuraq; cùm faueant illi, votoq; fruaris:
Iurè tibi plebis vota, precesq; fauent.

Leſta legente Deo tibi Virgo offertur ad Aram,
Qui nullius eras, ut ſuus eſſe velis.
Clara ſatu patris clari virtute, fideq̄;
Qui cenſum fiſci ſub ratione tenet:
Quiq̄; togæ munus ſummum gerit urbe **COTHENA;**
Lege regens plebem, ſe quoq̄; lege regit :
Inq̄; uſu vitæ ſocio ſeſe exhibet æquum,
Ut tribuat partes regula cniq̄; ſuas.
Vitaliq̄; parens cum rore inſudit alumnae
Semina virtutum, notitiæq̄; Dei.
Sic utriuſq̄; genus mira ſapit indole mores,
Quos format virtus vera mouente Deo.
Nanq̄; Dei Nati capit aure & pectore voces,
Regula quæ vitæ ſunt, & ad aſtra gradus.
His hauſtis aure, & ratione capace uolutis :
Ipſe dato vires Flamine Chriſtus agit.
Hocq̄; fidem ſtabilat per uerba trahentia factam :
Et reparat vitæ pectora ſota noua,
Nam ſi pax animo facta eſt, ubi culpa remiſſa eſt
Morte Dei; e culpa tum nouus exit homo.
Fit virtutis amor, fiunt ſaſtidia noxæ,
Et ſtudium ad leges vertitur omne Dei:
Ne pietas geſtu modo ſit, ſed ut æmula reddat
Chriſtus imaginibus corda renata ſuis.
VERBA Dei hos fructus egere in corde puellæ,
Lege Dei ut viuens, fiat imago Dei.
Dote quid hac maius? quid opes, quid forma puellæ
Sunt, niſi ſit Chriſti: ſitq̄; pudoris amans?
Qui vel opes tantum, formæ ſequuntur honorem :
Falluntur; marceſcit forma: teruntur opes.
Virginis eſt dos ſumma pudor; nec cerrior ullus
Eſt gradus ad laudem, quàm pietatis amor.

Nam

Nam vice fortunæ si res labuntur; & ævo
Forma perit; pietas, unde leuetur, habet.
Quid quæruntur opes ducenda in coniuge? honestas
Est modus, ut longo tempore duret amor. Cillas
HANC quia quæris, habes; sed habes quoq; BALTHASAR
Et forma est, oculi qua dolière tui.
Munere nam formæ pollet, rectaq; figura
Corporis; est candor fronte: sed ore rubor:
Gratiaq; in labris residet, tuaq; oscula captat,
Vnde oculos rursus, corq; dolore leues.
ERGO tuæ sorti faueo, cui prædita tantis
Dotibus inq; manum traditur, inq; fidem.
Nempè TIBI, florente suas cui tradidit ævo
Vtraq; Pallas opes, ius & utrumq; Themis.
Cuius non umbra, solido sed corpore captus
Atria Musarum cura subire fuit.
Te rerum meliore statu conterminus Albis:
Te Sala: te clarum reddidit arte Nicer.
Neue quid exactos Themidis tibi desit ad haustus:
Instituit ludo te Basilea suo:
Publicaq; ædenti progressus signa: potestas
Facta fuit, summo juris honore frui.
Tuncq; frui poterat, modò si spectator honoris
Esse pater poterat nil remorante domi.
Teq; peritorum docta ad commercia traxit
Qui tenet Ascaniam sub ditione plagam.
Nam censum studijs pro sorte impendit honestis,
Vt superent generis semina certa pij.
Lustrat & à reliqua Christi atria sorde Baälis,
Ad Christum à signis vota, animosq; vocans:
Expulsasq; alibi Musas sub tecta recepat,
Alter & Abdias à feritate tegit.

Memorem decorisq; sui, populiq; salutis;
Quàm dignam officio rem gerit ille suo.
Iustitia hos tutatur agros: & præside Christo
Non metuunt raucas fortia corda minas.
HIC igitur vexit te sancta ad pulpita legum,
Lumen ut obscuris vox tua clara ferat.
Vulgus habet doctas odio, nec suspicit artes:
Scrinia cui turgent, quâ datur, ille placet.
Non sic ordo patrum **SERVESTA** sentit in urbe:
Arte viris cultis cultus in arte fauet,
Ordine per septem pubes deducitur artes,
Et recta imbuitur cognitione Dei.
Sunt omnis generis varia super arte periti:
Tractantur linguæ, ius, decus, herba, Deus.
Et media de plebe viri se lege coercent;
Nam censura nefas non sinit esse vagum,
Inq; foro Charites sua templa locasse putantur,
Cum sit ad externos turba benigna viros.
VRBIS Mafsiliæ celebrant decus ora priorum,
Quâ mos, & modus, & fas habuere locum:
Non vaga vis animos traxit, sed gratia rexit:
Plebsq; potestati mutua cura fuit:
Officijsq; inter se respondere parati
Celsere ingenijs, & retulere vices.
SED super has laudes ea nostram accedit ad urbem,
Verba Dei, & ritus quòd sine fraude vigent;
Quòd rem, quòdq; larem doctis conuentibus addit:
Nec fert, ut quenquam crimine turba premat.
ERGO quòd in lucem tali susceptus in urbe es,
Quæ doctis operis floret, & arte togæ:
Quòdq; nouam in lucem fatus, & Christo insitus idem
Foedus habes cætus qui sacra pura colit;

Hoc

Hoc in præcipui nomen tibi cedit honoris;
Laus est, in sacro se grege ferre satum;
Et per aquæ ritum generari rursus in illo
Notitia Christi, nec simulante fide:
Ipsius ut membrum per Flatum redditus unum
Inde trahas vitæ semina mira tuæ:
Teq; suas ad res Flatus vocet iste ministrum;
O quantum est, homines hoc agitante regi?
Hæc longè Attalicis tibi sunt potiora coronis:
Et superant, quicquid voluit arena Tagi.
Qui mundi illetebras, & inania nomina spectat:
Quid, nisi in humano se facit ore feram?
Et quis, imaginibus nisi captus pectora falsis,
Vitam, quæ pecudum est vita, vocare velit?
Hæc hominis vita est, ratio cui recta, Deusq;
Dant motum, ut legum quæ via ducit, eat.
Tu fas, atq; fidem quavis in parte tueris:
Respondet studijs vita modesta suis.
Non sedet in questu tua lingua, & prostat iniquis;
Turpis erit, turpi qui fauet ore reo.
Cura tibi è laqueis momenta evoluere caussæ,
Nec fraudem in laudem vertere, fasq; nefas.
Te pater exemplo ad virtutem eduxit, & artes;
Membra domus huius sunt quasi turba Sacri.
Quo meliore fide vix cultor honestior artis
Gymnasij tenues fulcit, & auget opes.
Vox erat in cursu: sed nota modestia patris,
Quiq; mihi pudor est: plura referre vetant:
Ne mihi dicatur fructus, vel gratia carpi;
Turpiter ex blanda quæritur arte fauor.
Q V A R E propositum teneas: iurisq; sacerdos
Talis sis, quales vocibus esse mones.

Virtu.



Virtutem ex chartis lege, sed non negligē lectam;
 Assume hanc animo, moribus, arte, sono.
 Sic tibi connubij placido fator annuat ore,
 Et faueat tædis aura superna tuis.
 Ambo, ætate pares estis: virtutibus, ambo:
 Quæq; Deo iungit pectora nostra, fide:
 Quæq; duos unum vos reddit amore pudico,
 Cuius sit pietas regula: causa, Deus.
 Sic non in salebras vos auferet æstus iniquus,
 Vestraq; erunt Flatu vela secunda sacro:
 Et vota ad portum venient tandem acta petitum,
 Res vbi sunt lætæ, proq; labore quies:
 Consiliumq; Dei tunc plenius omne patebit,
 Cur unam in carnem iusserit esse duos:
 Et cur hoc socio de foedere crescere mundum,
 Malueritq; sacros inde venire greges.
 Intereà hoc moneat te mutua cura **SIBYLLA**,
 Consilium Graia voce vocata Dei.
 Parca modò, aut Christus dator æui, & porta salutis,
 Dispenset facili stamina larga colo,
 Pendet ut ex ulmo vitis, nec sarcina eidem est:
 Pendeat è collo grata Sibylla tuo.
 Indultuq; Dei de vestro plurima lecto
 Progenies oleæ more feracis eat.
 Turturibusq; fide similes, & amore columbis
 Viuite: dum lucem fata, Deusq; dabunt.
 TVq; ô lux, hodie duo quæ vice nectis in unum,
 Candida sis, omen ferq; in amore bonum.
 Candida lux certè est, sed quæ nox iunget amantes,
 Illis candidior dicitur esse die.
 Dicat idem populus: sed sic, ne pronuba turbet
 Gaudia; nox tacitè vult sua sacra coli.

Ex-



*F*ixus grex est Ecclesia, spretus in
orbe ;

*C*ōspicuas nec opes, quas caro jactat
habet,

*V*erūm ornamentis excellit clara duobus,

*Q*uis superat fluxas totius orbis opes.

*S*i queris, quae sint ambo, uno edissero versu:

*C*asta fides, casti pectoris atq; pudor.

*H*is quia nupta novi sponsi, sponsusq; nitescunt,

*A*uctos quis dubitet dotibus esse satis?

M. V Wolfgangus Amlingus: Sponsi ant: 27.

annos ad sacrum baptisma

fideiussor.

Ad Sponsi parentem.



*Ἰ*πον ἐγὼ, ὅτε Λευκορίδες πρῶτην σέθεν ἦσι
τεύξασαι τεφάνην, αὐτὸν τιμήσιν ὄφελλεν
εἶδ' ὄφελος, Φίλ' ἐταῦρε, ἰδῶν καὶ μείζω ἀρέσασαι
τιμὴν παῖδα Φίλον, καὶ δεύτερ' ἀέθλα κομίζειν.
ὡς εἶπον, καὶ τὰτ' ἄρα ἦν πεπεσμένον ἔιναι,

αὐτιπόροις ἄμμι σκοπιαζέμεν ἐστὶν ὁπωπαῖς.
κείνον γὰρ κόσμησε χολὴ βασιλεία ἀγαυή.
ἠδὲ δικαιοσύνης ὀνόματι ἱεροφύτορα κλειτὸν,
εὐνομιῶν φυλακὸν, δίκη ἰθύοντα ἴμιστος,
καὶ Φιλέσσι κακῆς μινύθειν, ἀγαθῶστι ἀέξειν,
ἐνδικὸν ἄνδρα πέφυκε βριῖαν, ἀδικόντε χαλεπῆεν.

Ἰὺνη ταῦτα ἰδὼν κραδίην εὐσοργονίαν θης,
ἠδὲ δαζομένους πολλὰ φρεσὶ μερμηρίξας,
ὅ, τι μάλισα γέρας τέκνω πρέοις ἱρατεινῶ.

B

ὑστερο

ὕστερον ἐν πικυτήσι πεφρασαμένω περὶ δέστων
 μήτος ἄριστον ἔδοξε, πόνων τῶ ἤω ἀμοιβὴν
 δάναυ κενιδίην, χαρίτων ἀπο κάλλος ἔχουσαν,
 ἄχραντον, Θεῶ ἐντος ἐέργουσα Φόβον αἰεὶ.
 Εὐχεμένω ταύτην, ἢ ἔρανον εὐρύ, ἰδόντι
 ἠνίδε ἀντίον ἦλθε Θεῶσι κόρη χαρίεσσα,
 ἢ δέμας, ἠδὲ νόον, καλῆ πατρὸς ἐκγεγαυῖα,
 τῶ πολλῆς ἀρετῆσι κερασμένω ἄρκιος ὄλβος,
 ἢ βίος ἐστὶ, τὸν Ἀσκάνιος κλυτὸς ὄρχαμος αἴης,
 Φραξὸν θησαυρῶν πύσιν, τὸν πατρὸς ἄρχρα
 ἐξοχα τῶν ἄλλων πολυφράδμονα θῆκε πρόβυλον,
 τῶ πᾶσι παιδί τεῶ γλυκερῆ Φιλότητι μιγῆσαι
 ἐοσῆται πλευρῆ Φιλίη, σύμφωνος ἀκοίτη,
 ἀμφαγαπῶσα δέμας τῶ ἀνέρος, ἢ δὲ μετ' ἄλλης,
 παπλάινισα λέχεσιν πέρψεται ἀλλοτρίοισιν
 μένιν ἀτὰρ Φωτὸς πολυήρατον εἰσαναβάσσει
 λέκτρον, μητέρει τῆζει εἰκότα, ἠδὲ τοκῆι
 τέκνα, γάμψ κῦδος, ἢ γήραος ἐσθλὸν οἶον,
 μεσιδίην παρὰ τήνδε λαβῶν πόσις ἀμφιπλέξσει
 μήτις Φιλτέρη ἄλλη οἶ ἐν θνηταῖσι ἐσῆται.
 θῆρον δὲ ζῶειν, ἢ ὄραϊν Φῶς ἠελίου
 δοίη τῆς ζωῆς πηγὴ ἀένναος ἀμφοῖν,
 αὐτῶν οἶκον αἰεὶ λιμὸς Φεύγοι, ἵνα πῖμ πλη
 τὰς βιότιο κόρος τῶ ἐπιηπειοῖο καλιῶς.
 Χῆρας ταῦτ' ἄξ' ἐγὼ εἰς ἔρανον ἀγνὸν ἀναχῶν
 γυνέομαι σε χρεῖσέ, σὺ δὲ κρήνην ἐέλδωρ.

Iohannes Theopoldus.



Ur, germane, cois socialis fœdera lecti,
 Et properas socio subdere colla iugo?

Cum

Cur graue poscis onus mulierem, pluribus au-
ditibus ingenij, fatidicaq; Dices? (Etus
Scis, quam felices tragici facundia vatis
Pradicet innuptos, & sine prole viros
Et, quod humana magis, sit quam ducenda vi-
rago,

Scis, quo nupta jacet, damna subesse toro.
Annè Sophorum audes priscorū spernere leges?
Atq; cuculligeri temnere dogma gregis?
Nilne times pœnas, minitatur prisca vetustas
Quas thalamo litem, perpetuumq; jugum?
O benè agis, quod cuncta fugis deliria vatum
Vanorum, & sequeris sacra statuta Dei.
Est sati, Tarsensis ait praco, ille fidelis
Nubere, quam vetitas corde fauore faces.
Ergo agè, te nunquam Pauli praecepta secutum
Peniteat socio colla dedisse jugo.

¶ pra, mox sequar admonitus sermone IEHO-
VÆ,

Quem, benè quo vortat gaudia nostra, precor,
Ut capias fructus presenti ex messe, penates
Pacificos, prolem, gaudia mille, polum.

Iohannes Kisvvetter aegyptis
Scholæ patriæ.

B 2

Vnde

Vnde novus calor hic, Themidos legumq; sacer-
dos,
Quid subitò nova mens, innuit, atq; notat?
An tua connubij submittes colla capistro,
Ac vitæ calles ingrediere novos?
Sic est; difficilem sed tu nanciscere spartam,
Commutanda venit qua tua vita prior.
Namq; quid est aliud, consortem ducere lecti,
Quàm libertatis naufragium facere?
Quæ tamen est auro potior, carisq; metallis,
Qua semel amissa vita suavis abit.
Nec licet hic semper facere id, quod cuiq; probatur,
Sed thalami compar quod iubet atq; monet.
Namq; in connubio, Paulo quoq; teste, nec ipse
Vir proprii nec ius corporis vxor habet:
Sed propriæ debet dominus dominæ esse maritus,
Ut domina est domini femina casta sui.
Quod si tam firma ac constans sententia mentis
Stat tibi, legitimi jura subire tori,
Nonne, prius, prudentis erat, perpendere cuncta.
Atq; videre insint huic mala quanta rei?
Vxorem quæris, varium & mutabile semper
Femina, quid semper postulat atq; novi:
Nunc hoc, nunc aliud cupit, æris prodiga multi,
Arripit & fasces imperiumq; domus.
Sed, ne commotis surgant sævæ altius iræ
Virginibus, teneant, me exagitasse malas.
Sunt tamen haud raræ, quarum hæc est unica cura,
Et timuisse viros, & coluisse Deum.
De quarum numero, quoniam est tibi, jungere nuptam,
Visum, vicerunt commoda connubij.

Namq;

Namq; rei cuius quis plurima commoda sentit,
Eius & est æquum sustinuisse mala:
Hinc vis libertate magis, quàm uxore carere,
Cum Sponsa properans testa subire DEI.
Ergo precor dextro jungatis numine dextras
Non sine vite hortus, sit sine lite torus.

Caspar Hannell LL.
studiosus.

Hæbe fauce, tuq; ô facili Polypbymnia parvum
Dic agè voce, melos, siue, sonante, lyrâ.
Tempus adest, promissa, diu quo carmina, tandem
Denur & accelerans concelebretur Hymen.
Tempus adest! nam, post accepta insignia, sacræ
Iustitiæ sponsus festa hymenæa parat.
Sed qui sit, quod amat, quod poscit ducere, nympham
Ante diem, Ascraeus quem notat Hesiodus?
Nec Sophus observat Græcorum dicta Sophorum,
Qui censent studijs maximè obesse torum?
Nempe exempla magis veterum contraria vatum
Moverunt, vulgi fabula quàm stolidi.
Non dicam reliquos, præstat cognoscere magnum
Panthoiden, cælebs non fuit ille senex.
Non Sophus Actæus tædarum nescius ille,
Non expertis thalami vita Biantis erat.
Numquid Divarum jussere exempla Sororum,
Quas colit, hunc socio subdere colla iugo.
Expertes thalami quis enim putet esse puellas,
Ubera quæ natis ante dedere suis?
Calliope natum collaudat matre vetustas
Orphea, qui movit saxa, feræq; lyrâ.

Quin!

Quin jactat calamis instructa hęc ipsa canoris
Euterpes stirpem, magnanimumq; genus.
Quę sibi Sythonium Rhesum, quę vendicat ipse
Arte Linum celebrem pignora cara tori.
Quid ē sumi Gręcorum dicta vana Sophorum,
Nam licitum est doctis, quod licet & reliquis.
Ergo quisquis ades linguis animicisq; faucie;
Sponsus sudorum pręmia digna refert.
Quę nec sicelides, quę nec dedit Aōnidem rex
Pręmia, dat Christo sic statucnie parens.
Cui non nota olim, quę sacra oracula plebi
Reddidit atq; Deo plena Sybilla fuit.
O te, sponse, quater felicem, o terq; beatum!
Hęc tibi diuinā contigit uxor ope.
Hęc Spbinga, hęc poterit cęcos juris labyrinthos
Soluere, cum populo suppeditabis opem.
Viere vate tua felix, bone sponse, seneclamo
Nestoris & supera, tuq; Sibylla, tuam.

Gregorius Gutjahr SS. LL. S. & vtriusq;
autoritate Notar. publ.

ΕΥΦΗΜΙΑ ΓΑΜΙΚΗ.

Ως ὀλίγοις κοσμεῖν σεο τὸν γάμον ἡμερῶντα
μύθοισιν, θυμὸν κ' ἑμαυτοῦ εὐφρονα πρὸς σε
δηλοῦν, εἰς πολλὰς τὸν παιδεύοντά με τέχνας:
ἦν δυναμὸς ἀγαθὴν σοι πιῶ, νυμφεῖ ἀγαυὴ
εὐχαλὴν, δέομαι καὶ αἰδίοιο θεοῦ
ἰτραλέως, ὁ δούω τὴν συζυγίην ἵνα τάξας
ἀιθρώποιν ἰκανῶς τηρῇ, ἱερῶν τε κ' εὐνῶν
ἢ πρὸς φρερὸς: Ζύγιον σφῶν αὐτὸς ἔρωτα
πρασυδίη αὐξῶν, ἐν δυσυχίης δακεθύμοις
ῶμιν καρπαλίμως καρτερῇ χαρὶ βοηθῇ.

εὐδαίμων ἢ σφῶν, αἰτῶ κείον, νεδνυμφος,
δῶμα πιεῖν ἀγλαῶις ἢ πᾶσι χρήμασι πληθύν:
ἐκ παντός δ' εὐεργετέειν ἀγίην σιο ἰύμφη,
ὡς καλὰ ἐκφύειν σου καλλίστου παραδείσῃ
ἢ δ' αἰεὶ εὐάρεστο θεῶ φυτὰ ὑψιμέδοντι.
χαίρετε ἀμφοτέροι, πολλῶ ἐν ὁμόφρονες ὄλβου
Νεσφόροντε ὁμῶς γλυκερόν, τε ζώετε ζώην.

Latinè Iambicis Trimetris sic reddita.

Tædas tuas, ò Sponse docte, candidè.
Vi prosequar uersu breui aurea exigiti
Charis, meum quæ uersat, excitat meum
Quæ pectus, artes ut docenti sedulo
Tibi mente gratâ gratulari gaudeam.
Tibi nuncupo ergò vota, queis precor **DEVM,**
Qui sanxit ordinem duorum conjugum,
Clementer ut seruet torum uestrum, & iori
Vestri vigil sit, ac faces adaugeat
Vestras iugales, & iuuet vos in malis:
Domusq; faxit commodis ut omnibus
Bonisq; uestra abundet, ut fias pater,
Et nupta mater, hanc feboua germine
Beet, poli pulcerrimas ut plantulas
Filiq; gratas, se pius tibi procreet.
Valete tandem: in pace, & in concordia
Annis uterq; Nestora & præcellite.

Iohannes Troidenierus Bernburgerus.





Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

V077





LXXII

ONOREM NV-
RVM CLARISSIMI
CTISSIMI VIRI, DN. BAL-
ARIS KISVVETTERI, SER-
vestani, I. V. Licentiati;

71

ET

TISSIMÆ PIÆQVE
, SIBYLLÆ, ORNATISSIMI ET
iri, Iohannis Sommeri, illustrissimorum Principum
rum, &c. Quæstoris prouincialis, & Conf.
in urbe Cothena primarij,
FILIAE,

Gratulatio Scripta

A

IOHANNE MAIORE D.
Cui accesserunt alia.

M.



SERVESTÆ

excudebat Bonaventura Faber.

ANNO M D. XCVI.

85

